

neis. Ludus est hodie ire in Asiam, in Africam, alio. Ad Hesperidum Insulas delati, Orientem (nam in Occidentem, ad Americanos, velificari, tutius existimatur) petimus; nunc Eorum versus, Caput Bonæ Spei præterveſti; nunc Fretum Magellanicum, obverſis ad Africum proris, tranſveſti. Quum autem immenſius, flexuoſius, mercibusque inimicius videretur hoc iter; emendicatus varie ad Orientales divitias aditus ab aſpero duroque Septentrione. An quid eo navigantibus verſus Eorum pateat itineris, an quod ibi fretum, adhuc ignoratur: Nihil enim ab Cortefio, Gabotto, Verafano, Gomezio, Willoughbæo, Forbisherio, Davifio, aliisque certi. Verſus Boream patere per Anguſtias Vaigatias, vel potius ſupra ſumma Novæ Zemblæ littora indubitatum. Alterutra ſane neceſſe eſt via delatos fuiſſe tempeſtatibus in Germaniam Indos, anno ab V. C. 150. xci, quos ab Suevorum rege dono datos Q. Cæcilio Metello, Galliæ Proconſuli, notat Plinius. Anguſtias enim illas non ſemper ab glacie obſeſſas eſſe & obturatas iterata navigatione noſtrates didicerunt; cum ipſi, Auguſto menſe proterſum vorſumque tranantes, tum ex annuis inter Ruſſos Tartarosque, illarum beneficio utentes, commerciis. Sed tuſſimum, pleniore

alio-